


PRÆFATIO.

*Ad Lectorem.*



*Uditatis antidotum Eruditio-*  
tio est, quâ in Scholis Ingenia im-  
bui debent: Sed ita, ut Eruditio  
*vera*, ut *plena*, ut *lucida*, ut *solida* sit.  
*Vera* erit, si non nisi utilia vitæ do-  
centur & discuntur; ne postmo-  
dum queritandi occasio sit: *Necessaria ignoramus*, quia  
*Necessaria non didicimus*. *Plena*: Si expoliatur Mens ad  
Sapientiam, Lingua ad Eloquentiam, Manus ad actio-  
nes Vitæ solerter obeundas: hoc erit *Sal* illud Vitæ,  
*Sapere*, *Agere*, *Loqui*. *Lucida* erit, ac per id firma & soli-  
da, si, quicquid docetur & discitur, non obscurum sic  
aut confusum, sed clarum, distinctum, articulatum,  
tanquam digiti manuum. Hujus rei fundamentum  
est, ut *Sensualia recte præsententur Sensibus*, ne capi non  
possint. Dico & altâ voce repeto, postremum hoc  
reliquorum omnium esse fundamentum: quia *nec Age-*  
*nec Loqui sapienter possumus*, nisi prius omnia, quæ agenda sunt  
& de quibus loquendum est, recte intelligamus. In intellectu au-  
tem nihil est, nisi prius fuerit in Sensu. *Sensus ergo circa Rerum*  
*differentias recte percipiendas graviter exercere*, erit toti Sapien-  
cie totius sapienti Eloquentie, omnibusq; prudentibus Vitæ actio-  
nibus